

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 60.  
Abschrift im Privilegienbuche S. 69 mit der Ueberschrift: Bekendorf Ghermersleve  
et parva Wantsleve quorundam bonorum donatio. in capsula D IIII.*

**1365, October 13.****219.**

*Abt Dietrich und der Convent des Klosters Berge übereignen dem  
Altar Mariä Magdalena im Kloster eine halbe Hufe in Diesdorf,  
welche ihnen durch den Tod Hennings von Dodeleben heimgefallen ist.*

In nomine domini amen. Vniversa hominum negocia tradita literis et voci testium ex eorum trahunt memoria firmatatem. In cognitionem igitur presentium et memoriam perveniat futurorum, quod nos Thidericus dei gratia abbas, Bernardus prior totusque conventus monasterii sancti Iohannis baptiste de monte extra muros Magdeburgenses ordinis sancti Benedicti cupientes cultum divini nominis in monasterio nostro augmentare attentis serviciis et beneficiis religiosi viri domini Iohannis Cutzleben fratri et monachi dicti monasterii nostri et ad ipsius piam et devotam supplicationem dimidium mansum situm in campis ville Desdorp vacantem nostro monasterio per mortem Henninghi de Dodeleve et ad nos nostrumque monasterium predictum spectantem applicavimus et apposuimus atque applicamus et apponimus in augmentum dotis per presentes cum omnibus fructibus proventibus et utilitatibus suis altari sancte Marie Magdalene sito in monasterio nostro per eundem fratrem et dominum Iohannem de nostra expressa licencia fundato constructo et dotato, ita quod ipse frater et dominus Iohannes, qui nunc ipsi altari preest, et quicumque ipsi altari perpetuis futuris temporibus prefuerit, absque omni contradictione et impedimento singulis annis percipiet redditus fructus et proventus dicti dimidii mansi pro speciali consolacione sua, ut ex hoc sufficientius valeat domino famulari, atque de dicto dimidio manso ipse et nullus aliis faciet ordinabit et disponet, prout sibi placuerit et videbitur expedire. In cuius rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum anno domini millesimo CCCLXV in die Florentii martiris gloriosi.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg mit Siegelfragment s. r. Kloster-Bergische Stiftung 61. Abschrift im Privilegienbuche S. 116 mit der Ueberschrift: Destorp de dimidio manso. in cap. G III.*

**1367, Februar 16.****220.**

*Die Gebrüder Schartow verkaufen dem Kloster Berge 1½ Wispel Korn Zehntmaass aus Bahrendorf für 10 Mark Brandenburgisch Silber.*

Wi Werner Conrat unde Hinrik brudere gheheyten Scartow bekennen unde betughen openbar in desseme brive dat wi med wollbort user vrende unde erven hebben vorcoft deme erliken manne Bernarde van Ditforde di dar is prior in dem godeshuse sunte Iohannis baptisten